30 20

800

Hrymiewickich Adwitalitas

Coram Officio et actis praesen Castren Bransken per comparentes Nobilis Martinus filius Hiacinti Hryniewicki ab una et Nob Ozapha filia olim Nob Anthim Raboża consors ipsius partibus ab altera sani mentibus et corporibus existentes palam ac libere recognovit Quia ipsi adwitalitatem et usumfructum omnium et singulorum bonorum suorum mobill et immobill paternorum maternorum quaesitorum obligatoriorum et alio quovis modo ac iuris titulo sese concernentium nunc habitorum et in post favente divina clementia habendorum et acquirendorum ubivis locorum consistentium nunc habitorum et in post favente clementia habendorum mutuo et invicem inter se faciunt et inscribunt tali vero modo Quod si prius Nobilem Martinum Hryniewicki maritum quam Nobilem Ozapha consortem eius de hac luce decedere contigerit extunc ipsa consors bona omnia mobilia et immobill ubivis locorum consistentium tenebit habebit possidebit illisque ad extrema vitae suae tempora usufruetur. Post mortem vero ipsius bona eadem omnia in successores mariti sui sine quavis contradictione successorum memoratae consortis devolventur. Similiter etiam quod si prius Nobilis Ozapha quam maritus eius Nob Martinus Hryniewicki de hac luce decesserit extunc ipse bona omnia tenebit habebit et possidebit ac illis usufruetur ad extrema vitae suae tempora. Post mortem autem ipsius bona suprascripta omnia in successores memoratae consortis suae absque contradictione successorum eiusdem mariti devolventur Personali reigne mediante.

Olędzkie Demissio

Coram Officio et actis praesen per comparens Nobilis Adamus olim Stanislai Olędzki sanus mente et corpore existens palam pure ac libere recognovit. Quia ipse Nobili Alberto filio Floriani Olędzki filiastro suo oblonem suam terrae immobill in bonis Olędzkie consistentem sibi recognitam per Nobilem Gregorium olim Martini Olędzki coram actis hisce Castren Bransken in duobus Florenis Polonicis inscriptam Cum omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis suae ac paratutione introne bonorum possessione ligamentis et utilitatibus universis in originali inscriptione contentis cedit et condescendit Cui iam ex nunc intronem realem cum actuali ac pacifica possessione per ministerialem Regni Generalem et Nob duos officio acceptandos dat et admittit.

Klopotowski Obligatio.

Coram Officio et actis praesen Castren Capitan Bransken per comparens Nobil Matthaeus olim Melchioris Zaręczynski sanus mente et corpore existens palam pure ac libere recognovit Quia ipse Nobili Andreae olim Mathiae Klopotowski bonorum suorum haereditariorum in bonis Wolka Jasionowska iacentium in omni triplici campo per quantum terrae incipiendo a granicie

Mierzienska